



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

12 Munera eorundem participantium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

*P R I M U M.* 23

ne Diplomate Pontificio, & qui  
primo loco non doceat de sua  
electione ad Officium Aduoca-  
tionis Consistorialis per manda-  
tum Summi Pontificis in for-  
ma Morus proprii, vel per Bre-  
ue, ut habetur in Constitutione  
antiqua, quæ incipit *statuimus,*  
*& ordinamus,* quod deficiente  
numero Aduocatorum, admit-  
tendus pro complemento numeri  
Aduocatorum per mandatum Pon-  
tificis iudicio Collegio *&c.*

Secundò \* Numerus septen- 11  
arius; siquidem in Collegio Ad-  
uocatorum Consistorialium, se-  
ptem Seniores tantum sunt nu-  
merati, quibus \* solum licet in 12  
Consistoriis secretis, si opus sit,  
coram Summo Pontifice, &

B 4 Sa-

## 24 CAPVT

Sacro Purpuratorum Senatu lo-  
qui , & Maiorum Antistitum  
pallia postulare , ac etiam in  
Collegijs promouere Graduan-  
dos ad Lauream Doctoratus .  
Alii verò quinque dicuntur su-  
pranumerarii ; de quo extat spe-  
ciale Decretum inter Constitu-  
tiones collectas sub Pontificatu  
Innocentii VIII. ita conceptum .

Statuimus , & ordinamus ,  
quod de numero duodenariorum  
Aduocatorum septem dumtaxat  
de antiquioribus scilicet receptio-  
ne , non aetate , vel gradu censean-  
tur , & sint numerarij , & de eo-  
dem numero dumtaxat sit , &  
esse debeat Promotor : Alij verò  
censeantur supranumerarij , &  
ad quos de iure non spectat pro-

mo-

motio Graduandi, donec fuerint  
de numero septem &c.

Tertiò certus ordo, & selectio  
ab aliis cum speciali prærogatiua'  
nominis; Nàm sicut olim à D.  
Gregorio ex compluribus De-  
fensoribus, qui tunc erant in Vr-  
be, & vniuersa Ecclesia septem  
dum taxat selecti fuerunt, & in  
certum numerum redacti cum  
titulo Regionariorum, ut di-  
scriminarentur ab aliis, qui e-  
rant simplices Defensores, pro-  
ut habetur in superius relata.  
*Epiflota 17. cap. 17. lib. 7. In-  
ditione 1 apud Baron. dicto tom.  
8. Annal. pag. 118. vers. hoc pa-  
riter anno Onuphrium Panui-  
num dicto V. Primicerius Defen-  
sorum propè finem, vers. quorum  
qui-*

## 26 CAPVT

quidam, & Gretzerum sub p.  
13 citato num. 3. eod. vers. Ita \* quo.  
que subsequentibus temporibus  
Romani Pontifices obseruarunt,  
eligendo certos Aduocatos, qui-  
bus solis ad eius Consistorium  
aditus pateret, ne coram sacro  
Senatu cuilibet passim liceret  
tale munus obire, quos propte-  
rea à Consistorio, Consistoria-  
les, siue Sacrae Consistorialis  
Aulæ Aduocatos specialis no-  
minis prærogatiua appellarunt,  
ut ab aliis simplicibus different  
teste Vestrío in praxi lib. 2. cap.  
18. de Aduocatis Consistorialibus.  
Petro Gregorio Tholofano Syn-  
tagmat. Iur. uniuers. tom. 2. lib.  
49. cap. 6. num. 10. Lælio Zec-  
chio de Republica Ecclesiastica  
cap.